



BIBLIOTECA
COMUNALE
DI TRENTO



UNIVERSITÀ DEGLI STUDI
DI TRENTO
Dipartimento di Lettere e Filosofia



FONDAZIONE
CARITRO
CASSA DI RISPARMIO DI TRENTO E ROVERETO

De admirando Dei dono sive de facultatibus acidularum in Valle Solis episcopatus Tridenti repertarum, Trento, Carlo Zanetti, [tra il 1671 e il 1673].

Esemplare digitalizzato:

Trento, Biblioteca comunale, T I-op d 292

LINK: <https://bdt.bibcom.trento.it/238>

[BDT – BIBLIOTECA DIGITALE TRENTINA](#)

progetto STABAT – *Stampe antiche Biblioteca comunale di Trento*



COMUNE DI TRENTO



STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* è un progetto concluso, cofinanziato dalla Fondazione Caritro (“Bando Archivi 2014”), dalla Biblioteca comunale di Trento e dal Dipartimento di Lettere e Filosofia dell’Università di Trento; gli altri partner del progetto sono la Soprintendenza per i beni storico-artistici, librari e archivistici della Provincia Autonoma di Trento e l’University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All’interno di Stabat sono state digitalizzate e descritte tutte le edizioni stampate in Trentino nei secoli XV-XVII che si conservano presso la Biblioteca e l’Archivio storico del Comune di Trento. Ogni digitalizzazione è accompagnata da una descrizione della stampa; tutto il materiale è liberamente consultabile sulla *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

In questo file le immagini hanno avuto in trattamento OCR e pertanto si possono fare ricerche testuali; le immagini presenti sul sito, dove si può trovare una descrizione completa dell’edizione, hanno invece una qualità maggiore.

Le immagini presenti nella *Biblioteca Digitale Trentina* sono rilasciate con licenza di Pubblico dominio, il presente PDF è distribuito con licenza Creative Commons Attribuzione – Non commerciale – Non opere derivate 3.0.

STABAT – *Stampe antiche della Biblioteca comunale di Trento* is a project that was successfully concluded thanks to the support of a group of partners, namely the Caritro Foundation (“Bando Archivi 2014”), Trent Civic Library, the Department of Humanities of the University of Trento, as well as the Superintendence for Architectural, Landscape, Historical, Artistic and Ethno-anthropological Heritage for the Province of Trento and the University of St Andrews, School of History, USTC – Universal Short Title Catalogue. All the editions belonging to the Library and the Civic Historical Archive that were printed in Trentino during the XV-XVII centuries have been digitised and described. As a result, each digital copy is accompanied by a record with specific data regarding the printed book, and is freely available to be consulted on *Biblioteca Digitale Trentina* (<http://bdt.bibcom.trento.it/>).

The images belonging to this file are OCR-converted, hence the text of this edition can be electronically searched. The images available on the website, on the contrary, have a higher resolution and are accompanied by a complete description of the edition.

The images available on the *Biblioteca Digitale Trentina* are public domain files; this PDF is available under the Creative Commons Attribution – Non-commercial – No Derivative Works 3.0 License.





BIBLIOTECA COMUNALE
TRENTO



ex libris



K 2173376

D 2173373

Stca
T I-op d 292

D E
ADMIRANDO DEI DONO
S I V E

*De facultatibus Acidularum in Valle Solis
Episcopatus Tridenti repertarum.*

Dedicatum Per Illustri Dño
IOANNI GASPARO MIGATIO.


TRIDENTI, Apud Zanettum.
Cum Priuileggio.


ADIRARANDO DEL DONO

L. I. V. E.

JOHANNI CASPARO MICHATIO.









De Facultatibus

ACIDULARVM VALLIS SOLIS

*Diuersorum Medicorum auctoritate
comprobatis.*



NE cœlestia Dei dona occulta remaneant, imò vt, charitate sic ex postulante, humano generi innotescant, operæ pretium existimaui, dictarum Acidularum facultates pro rei veritate, & bono publico, necnon qua methodo assumendæ, in lucem edere.

Dico itaque has Acidulas ad iecoris, ac renum calorem temperandum, & obstructions tollendas, scabie etiam inueterata, distillationibus, hypochondriaca passione, catarrho falso, morbo regio, cachexia, hydrope incipiente, (imò & plurium mensium, qui casus bis vsquè ad hodiernam diem sceleriter successit) detentis arenulis, renum calculo, ac gonorrhœa (non solum ob iecoris, & renum,

A 3

calo-

6
calorem, verum etiam dum semen qualitate aliqua
maligna inficitur) laborantibus, & eis, quibus
menfes albi fluunt, conferre. Insuper cibi appetitum
excitant, ventriculum corroborant, viscerumque
vapores ad caput ascendentes prohibent, alijsque
affectibus idoneæ, ac laudabiles sunt, etiamsi pa-
tientes emaciati sint. Ipse ego pluries in praxi ob-
feruavi, quod & sæpissimè Excellentiss. Physicus D.
Bartholomæus Caluus, cuius habitatio à dictarum
aquarum fonte vna, vel altera hora distat, animad-
uertit, id etiam ab alijs fide dignis intellexi. Expe-
riencia est rerum magistra, ratio enim experientia
comitante magis elucescit, ratio verò sola non dat
esse rei.

Nec has calidas esse, & siccas simpliciter asseren-
dum, vti infra clarè patebit, quamuis nescio quo
pacto, & quidem magna admiratione, contradicen-
tes meæ opinioni, & longæ experientiæ non defue-
rint. Habemus ex Galeno à iuuantibus, & læden-
tibus facti cognitionem elucescere, quibus nostro
in casu & ratio consentit, vti ex attestacionibus vi-
dere est Sapientissimorum, Clarissimorumue tantæ
prudentiæ, ac doctrinæ Virorum Collegij Sereniss.
Electotis Ducis Bauariæ Domini Domini mei Cle-
mentissimi, necnon aliorum Clarissimorum, quæ in-
frà legendæ describentur.

Hic

quenti die horis quatuor ad minus ante prandium hæc assumi possunt ad libras decem, & quidem ad dies quindecim, exceptis duabus tamen primis vicibus, quibus octo libræ sufficient, & caueant nè temerè, & intemperanter illas bibant. Pueri annum circiter octauum agentes sint tribus libris contenti. Animaduertendum dùm potantur, & postea, requiri motum continuum; cumque in cubili magis laudabilem esse, quàm aëri expositum, citrà tamen corporis lassitudinem, donec illæ excernantur.

Si verò curandi fuerit occasio (postquam Medicus indicationibus satisfecerit, prout morbi natura exoptulabit) alactri animo aquarum fontem accedat siuè ad domum propriam illas transferri Patientes curent vasis vitreis omni diligentia clausis, quibus epotis (intelligo singulis vicibus) capiat cortices citri conditi, aut nucem conditam, vel rotulas confectas ex speciebus arom. ros.

Quoniàm autem in quibusdam prima, aliquando & altera die tota aquarum quantitas assumpta non deijcitur, hoc in casu altera die libras præscriptas decem bibant, præmisso tamen clystere confecto ex eadem aqua, addito mel. ros. sol. saccharo rub. ac sale, nec timeant de exitu; istæ per virinas, in quibusdam aliquando portio quædam per aluum excernitur; transactis assumptionis diebus quindecim, die
le-

9
sequenti, vt Patientes sumerent aliquod medica-
mentum leniens, huius fui semper opinionis, siuè id
in potione, siuè in bolo, quod ingridiatur portio
mannæ, & crem. tar.

Harum aquarum assumptioni victus ratio, vt cor-
respondeat, opus erit, nam licet sitis in quibusdam,
etiã si magna, prius fuerit, fermè tamen omninò vsu
illarum extingatur, nihilominus vnum, vel alterum
vini albi clari non, nimis generosi, haustum in mensa
bibant, carnibus facilis digestionis, magis assis, quàm
elixis nutriantur, & cibus est sumendus, qui non mul-
tum à communi, & familiari differat, quæ vitiosos
humores generant, euitentur &c.

*Alexander Columbus Medicus Physicus Cubicularius
effectiuus Sereniss. Archiducis Austria FERDI-
NANDI CAROLI, necnon Consiliarius, & Me-
dicus Physicus Cubicularius Sereniss. ELECTO-
RIS DVCIS BAVARIÆ Dominorum Do-
minorum meorum Clementissimorum &c.*



Rapollere aliquam virtutem refrigeran-
 tem in acidulis, thermisq; similibus, cum
 artifices sensati, tum mineralium explo-
 ratores pleriq; admittunt; an verò pro-
 prietas ex formis, qualitatibus simpli-
 cibus, seu substantijs, necnon Planetarum signaturis
 procedat, hoc certum est mineralia mixta esse sicut
 & alia heterogeniæ naturæ; pro temperamenti coal-
 teratione, dispositione morborum, causarum, æta-
 tum &c. varij effectus subsequuntur; habent & suum
 calorem, qui pro mineræ varietate manifestatur; ex-
 siccante omnes pollent facultate, quæ facile obtundi-
 tur, dum viscerum diserasiâ corrigitur, necnon copiâ
 aquæ, quæ vaporibus mineralibus commiscetur;
 Determinamus itaque nouas compertas acidulas in
 Valle Solis æmulantes mineram Ægreusium in Bohe-
 mia, salis volatilis vitrioli, ferri, subacidis sulphureis
 euaporationibus scatentes, & vt in dies meliùs enote-
 scent

39
scent, simili quoque gaudere virtute in contemperan-
dis, refrigerandis, roborandisque visceribus, reserandis
obstructionibus vnicum, in Germania præsertim,
remedium, quid diuinum in thermis elucet, ad has
tamquam ad sacram anchoram Medici recurrunt,
nec ipse frustrantur, methodo, quâ decet, ratione,
& experientia incedentes,
Hæc pro veritate medica.

Jacobus Mapheus &c.

Malachias Geiger manu propria &c.

J. Philipp. Myllner.

Thomas Chirmoier Med. D.

Simon Trentin. &c.

Joannes Scheifler manu prop.

Collegium Electorale Bauar.

Locus

✠
Sigillorum.

A

C

Hilari,



Hilari, & serena fronte rudem ingenioli
 mei non elaborati sententiam accipiat,
 quam de fonte admirando in Valle So-
 lis tribus, vel quatuor ab hinc annis, mi-
 rā Dei providentiā reperto, & singulari
 Adm. Ill. D. Cristophori Migatij industria, & soler-
 tia indigitato adferre conabor: hac mihi tamen reser-
 uata conditione, vt omnia hæc, quæ meo quidem
 iudicio parū à recto veritatis tramite deſerant, alio-
 rum præclariorum, doctiorumq; viroꝝ examini,
 egregia ſua quotieſcunq; id approbante prouiden-
 tia, poſſint ſubiſci, ventilanda, vt maior tandem huius
 rei eluceſcat veritas, maius in tot hominum myriades
 reſultet commodum, meſque intellectus ſatis tener
 acutiſſimis alioꝝum prolatis opinioꝝibus magis ex-
 poliatur.

Contigit etiam meſe præterito Iulij, dūm Illu-
 ſtriſſ. & Excellentiſſ. D. D. Franciſcus Vldramenus
 Nobiliſ Venetꝝ ex primarijs, & illuſtriſſi generis
 ſplen-

splendidus, & omnibus animi dotibus, honorumq; titulis præcipuis exornatus se se ad R. Adm. Patrem F. Franciscum Sielensem Predicatorem Capucinum, Serenissimorum Ducum Mantuæ Medicum cubicularium, publicum Medicinæ Lectorem, & reibotanicæ expertissimum contulisset remediorum explorandorum ergò, quibus pristinæ sanitati quodammodo restitueretur, pro responso habuerit aquas acidulas ex fonte admirando Vallis Solis emanantes saluberrimas sibi futuras, quandoquidem præfatus aliàs eisdem vsus fuerat, nihilominus, vt aliorum Medicorum iudicium de his aquis expiscaretur, consuluit. Quamobrem in vnum conuocatis Reu. Adm. dicto Patre, Perillust. atque Excellentiss. Serenissimæque Ciuitatis Venetæ Medicis Primarijs DD. Michaele Angelo Rota, & Georgio Morali vnanimem ab eis obtinuit conclusionem suo malo debellando suprascriptas aquas acidulas esse quàm aptissimas.

Ipsis Kalendis Iulij fontem Acidulum Vallis Solis septima iam elapsa die à nostro Venetijs discessu vnà cum optimè memorato Nobili, Cogulum egressi, duce præuio per accliuem collem rectà ascendentes accessimus, cumque vnus ferè spatio horæ à Cogolo pago distantem comperimus, situmque in aliqua, & altioris montis planitie, in cuius orientalis Plaga Comasinum versus ferrifodina extat feracissima, & quem

& quem Torrens, Nos, ni fallor, dictus, ab altero monte, in quo Pagus Peij dictus conspicitur, separat.

Ex medio saxorum mineralium quorundam speciem præferentium non procul à dicto Torrente scaturiens, statim alijs aquis, aut ibidem nascentibus, aut ex dicto Nos derivantibus, & unico solum passu septum fontis nuper affabre extractum alluentibus coniungitur, saxaque illa, qua fluit parte, ferrugine quadam iubeunda manifestè exactissimè ab omnibus aduenis insignita conspiciuntur, ut puero etiam facillimè ea ab alijs distinguenda saxis alterà aquà irriguis, & in naturali situ manentibus occurrant. Eiusdem fontis est admodum copiosa scaturigo, ut etiam iam octo doliolis continuè impletis nihilum decreuisse appareret. Gustu præsentitur frigida, egregiam, & laudabilem in se continens aciditatem, quæ linguam blandè simul, & citò ferit, parvam, & vix perceptibilem, post se relinquens astringentiam, nullo extraneo sapore imbuta; ingruentibus pluuijs cælo nubiloso, terræque admodum humidà, paludosi nescio quid habet saporis; est, ut credo, & ut quoquè mihi notissimum ex relatione diligentissimi D. Iosephi Amadori Pharmacopœi peritissimi ex alijs aquis terram penetrantibus, & secum acidulis commiscensibus id accipit, quod sa-
poris

15
poris aliò deriuatis aquis præterlabentibus certò mea
quidem opinione, & facillimo negotio tollitur.

Nunquàm turbida, semper limpida, crystallina,
& ex fonte subitò in vasis vitreis reposita diuersas,
& quamplurimas eorum parietibus affigit vesiculas,
tandem temporis spatio euanescentes, relicta in vasis
vitreis, aut vitreatis apertis per diem vnum, aut alterum,
superficièi guttulas rubicundiores splendentes
supernatantes continet, quæ chartà bibulà collectæ
eandem rubro afficiunt colore, & quæ demùm fundum
petentes eidem tenacissimè adhærent; aquæ
cyathus medià circiter drachmà pulueris gallarum
mixtus niger redditur, distillata, quod mihi constat
ex litteris peritissimi D. Iosephi, sedimentum relinquit
ferrugineum, seù dilutè rubicundum, leue, &
æquale; euaporatà aquà idem inuenitur, sed colore
non adeò dilutè rubicundo, granulis paruis, & paucis-
simis albicantibus scatente, quæ tamen granula prorsus
extranea esse credo foris illapsa; mihi quidem denegatum
fuit ob inopiam instrumentorum vitreorum aliqua experiri,
cum eadem conferre mens mea fuerit certissima, nisi alij,
quibus illa loco commo-
do reponere visum fuerat, eorum bis obliti fuissent.
Forfan altero anno Deo fauente omnia exactiùs exploranda
restabunt.

Antequàm vterius ad aquas has examinandas
pro-

progrediar, lippis, tonforibusque notissimum esse statuo, aquas omnes themales simul cum illarum viribus, experiētiā accuratissimā omnium rerum indagatrice proditas fuisse, cū ratio, eaque magis à priori in his aquis dijudicandis satis infirmæ habeatur, earum etiam vires, & præsertim ea, quæ cum huiusmodi aquis aut verè miscentur, aut confunduntur, certò definiri nequeunt, nisi præmissā experiētiā, deinde ratione à posteriori, analogiâque sumptâ ab ijs, quæ se cum aquis miscent, & confundunt.

Aquæ autem omnes medicatæ, vel spiritibus metallorum, & fossilium substantialibus semper exhalantibus imprægnantur, vel per subterraneas cavitates fluentes realiter metalla, & fossilia tangendo, à metallis, & fossilibus iam inferi, non autem factis vires participant. Virtus autem generatiua metallorum mediante calore subterraneo, seū sole centrali, qui in cuniculis subterraneis, Hippocratectiam teste, ab omnibus metallorum fossoribus, imò etiam in ipsis profundis puteis exhalantibus calorum vaporibus, manifestè experitur, ad sui perfectionem tendens continuò materiam metallorum aptam in matrice metallina, seū loco metallifico, & vi propria, & vi matricis etiam in suum auxilium accersitis cœlestibus influxibus maturat, co-

quit,

quit, perficit, & in naturam metalli facessit, continuo opus suum exequitur, continuoque spirituosæ excitantur metallinæ expirationes, qui metallini spiritus subtiliores, & magis elaborati materiam primam metallorum, (quæ in sale vitriolato analogo, scilicet in se ambo, & metallorum humidum primigenitum, seu mercurium, & spiritum, seu ignem spirituosum sulphur dictum comprehendente, fundatur) in se continentes facillimè aquis subterraneis se se communicant, easque volatilibus vitriolatis spiritibus metallorum originem redolentibus sic imbibunt. Quarè aquæ prægnantes his vitriolatis exhalationibus aptæ sunt metallorum matrices transeundo reali contactu metallorum maturescantium puriores particulas separare, recipere, & easdem secum confundere. Quibus fundamentis iactis assero huiusmodi aquas acidulas imbibitas esse tenuibus, & subtilibus spiritibus vitriolatis, & ut chymicè loquar, omninò volatilibus; hæc autem non ad eò vniuocè protulerim, ut quidem qui mihi iam Venetias redeunti, subodorato quòd chalcantofæ essent, easdem chalcantofas, & eisdem, quibus chalcantum, pollere facultatibus, calidas, & siccas in tertio etiam, si benè memini, gradu statuens audacter affirmare ausus fuerit, cum manifestè deciperetur, primò iudicans de se non sibi cogita,

gnita, deinde turpiter ignorans aquas has non esse dicendas chalcantosas, aut potius chalcantosis spiritibus præditas, nisi per analogiam; Sed ad rem redeo, aqua igitur iam grauida spirituosâ, exculiori, puriori, tenuiori, & subtiliori substantiâ vitriolica, postea matricem metallicam, ferream non procul, vt superius dictum, distantem transeundo realiter tactu separando purum ab impuro metallinas particulas ferreas iam maturescences, & magis præparatas segregat, recipit, & secum confundit, cuius ferrugineum, & in fonte, & in vitreis vasis, & in distillatione apparens sedimentum manifesta exhibet indicia.

Ego certo existimauerim, hoc ferrugineum sedimentum esse crocum ferri, aut Martis à natura mediantibus supradictis spiritibus vitriolatis volantibus fabricatum, huncque crocum esse nobiliorum croco Martis quocunque alio, cum ab illo Vulcano subterraneo, & sole centrali, vnico, & perfecto naturæ ministro sit præparatus, qui exactissimè purum ab impuro secernit, omniaque diligentissimè elaborat, adeoque antecellit eius elaboratio vulgares plerasque, quæ non separatoriæ puri ab impuro, sed exaltatoriæ; quæ metalla citrà vllam separationem sæpiùs dictam puri ab impuro solum alterantur, vt eò meliùs à calore nostro iu-
pera-

perari, inque actum deduci queant. Verum enim-
 uerò aquæ huius acidulæ fontis admirandi quali-
 tates per analogiam à tribus, ab ipsa aqua, ab ipso
 spiritu vitriolato volatili, & à parte ferri puriori
 deducendæ; quamobrem cum aqua, quæ frigida,
 & humida, vt principale menstruum, quod reliquis
 est imprægnatum, maxima quantitate cætera præ-
 polleat, tamen eadem refringitur qualitatibus illis,
 quibus cætera duo sunt prædita, & cum dictum sit
 subtiliorem, & puriorem ferri portionem cum aqua
 esse confusam, vnde etiam parum, & tantillum
 qualitatis calidæ ex volatiliore sale sulphureo ip-
 sius ferri, ipsi tribuendum venit, vt & quoque pe-
 netrantia, quæ insignis ipsi spiritui vitrioli volati-
 li, nequaquam est deneganda, & meo quidem iu-
 dicio eandem frigidam in prima mansione secundi
 gradus, & siccam in primi gradus vltimâ mansio-
 ne, vt potiùs temperata satis remaneat, quoad hu-
 miditatem naturalem aquæ, & siccitatem adsciti-
 tiam. Et sic ob rationem subtilioris ferreæ sub-
 stantiæ, & aciditatis ex volatilibus, cum statim
 evanescant spiritibus vitriolatis conflata vires, se-
 quentes, experientia etiam stabilitas, obtinet. Sum-
 mè penetrat, crassasque humiditates in ventriculo,
 venis, & meatibus resoluit, & ex eis plurimas oriri
 solitas infirmitates consequenter impedit, & diure-
 tica


tica incidit, attenuat, putredini resistit, utilis in febribus ardentibus, febrì Ungaricâ; feruentem sanguinem, hepar, renes, & vesicam, lienemque intemperie calida affectum refrigerat, humoresque superassatos, biliosos temperat, appetitum prostratum restituit, ventriculû, hepar, aliaquè viscera naturalia roborat, ventriculû vomitioni obnoxium firmat, tertia virtute lapidem tam in renibus, quàm in vesica comminuit, arenulas, & pituitam ex vesica expellit, & maxima cum prærogatiua hæc præstat, vt experientia docuit in filio Illustriss. Marchionis Ioannis Malaspinæ Veronensis iam iam lithothomo consignando; obstructions hepatis, lienis, mesenterij, pancreatis reserat, omniumquè viscerum spiritus figit, & frenat, cum vrinis terrestrè oppilans educit, in maxima etiam copia assumpta nihil damni corporibus adfert, etiam emaciatis non obest, teste experientia, omnia ventris inferioris vasa permeat, quidquid vitiosi offendit, abstergit, & abluit, naturæ robur addit, itaut etiam per se sinè stimulo materiam noxiam ad intestina tendentem, per eadem expellat, prodest iam in hydropem cadentibus, vt oculata me docuit inspectio, aperiendo vias, roborando hepar, & restituendo sanguificationem læsam; fluxiones quascunque sistit; vapores ad caput ex inferioribus ascendentes reprimat, cæteraquè plurima præstare potis est

est humano generi beneficia, quæ, animaduersis illo-
 rum infirmitatibus, qui fontem admirandum Vallis
 Solis aduent, & curantur, clariora fient, pro quibus
 Omnipotenti Deo semper condignæ sunt referendæ
 gratiæ, vt & ego facio pro beneficijs acceptis à dicti
 fontis acidulis in persona dicti Illustris. & Excellen-
 tiss. Domini Domini Francisci Vidrameni, qui per
 aliquot annos melancholiâ hypochondriacâ, calida
 hepatis intemperie, maximâ crassæ pituitæ in ventri-
 culo copiâ, obstructionibus totius ventris inferioris,
 & siti notabili torquebatur, quæ omnia mala maio-
 ri ex parte mitigata sunt.

*Arnoldus Blanchkenbach Coloniensts,
 Agripinas Medicus Phys. &c.*

Chy-




 Hydrographum de facultatibus aquarum,
 quæ in regione Tridentina non longè ab
 vrbe spontè erumpunt scaturientes frigidæ,
 acidæ, vix aliqualem adstrictionem
 post epotas relinquentes, quæ distillatæ
 ferrugineum sedimentum in exigua quantitate depo-
 situm in vasis fondo relinquunt, nullius odoris, &
 aciditate excepta, cæterorum saporum expertes, li-
 bentissimè legi, vtpotè examen noui fontis ab Excel-
 lentiss. D. Arnoldo Blanchkenbach peregre regiè de-
 scriptum.

Quarum vires ex ijs, quæ in ipsis continentur, vi-
 triolo videlicet non alterius generis, quàm ex ferro,
 non autem ex ære, & ferro ipso, facile in eam ducor
 sententiam, vt pro multitudine aqueæ substantiæ, &
 vitrioli tenuissima spiritualitate (quoniam aciditas
 paucis post horis, dùm exhauriuntur à fonte,
 admodum imminuitur, & non multis postmo-
 dum

dum in totum ammittitur,) & ferrea permixtione,
frigida sint, & sicca non excedentes, ac facultates ob-
tineant medicamenti chalybem recipientibus non
abfimiles, vt propterea valeant refrigerare, attenua-
re, referare, dissoluere, & ijs prater naturam affe-
ctibus opitulari, qui huiuscemodi præsidiarum ma-
terijs indigeant.



IT A CENSEO

Ego Michael Angelus Rota Philosophia,
& Medicina Doctor Venetus.

Vidi,




Idi, & accuratè perlegi relationem factam ab eruditissimo Excellentiss. Arnoldo Blanchkenbach Colonienſi de aquis acidulis Vallis Solis, de quarum virtute ad plures pertinaces morbos profligandos iam pridem à pluribus eruditis viris audiveram, modo verò certior factus sum à bono euentu, quem in ſemetipſo fuit expertus Illuſtriſſ. & Excellentiff. Franciſcus Vldramenus, tum etiam ab alijs, quæ oculatus teſtis dictus Excellentiff. D Arnoldus, qui in eius curatione ſemper interfuit, obſervavit, non poſſum non lætari videns tam inſigne præſidium, atq; paratu admodum facile poſſe, vt dixi, pertinaciſſimos morbos extirpare, atque proindè relationem ab ipſo factam tum de origine, tum de natura prædictæ aquæ, tum etiam de admirandis eius virtutibus non poſſum non laudare, quinimò in hoc etiam eſt commendandus, quòd tam exactè de prædicta aqua ſcripſerit.

*Georgius Moralis Phyſ. & Medicus Venetus
olim in Publ. Piſano Gymnaſio pub. Profeſſor,
poſtmodum Venetijs pub. Anatom. Lect. &c.*



P 19497



BIBLIOTECA
COMUNALE
TRENTO

T

I-op

d

292

MSC0PPCC0613



DONO

alle Solis

um.

ño

IGATIO!

um.